cultuque dei vilificaret et propter hoc contaminata et immunda re-
putarentur. Secundum est etiam propter hoc ut ostenderet deus per-
tata que acceptis suis. cum ita volebat incendio que et crema-
tione consumi precipiebat atque populo suo et in hoc ipso eum imi-
tari eique placere studerent. Quemadmodum autem vel hircus portare peccata
dicebatur vel quod in hirco consumitur atque cremari putabantur. Sig-
num illi puerilitate acceptum est. Quemadmodum enim aliquid dicitur
scribi vel pingi cum eius nomine pingitur in cordibus hominum in-
ubi solum erat nec poterat cremari vel portari peccata secundum quod
ut diximus hostie signa et figura erat peccatorum. Ideo crematio
et eiectio sive significatio hostiarum crematorum et morte et diffu-
gentium signabat peccatorum. Propter quod huius hostias tangi prohi-
buit deus. Et qui tangeret immundus esse decrevit. Patenter
in hoc docens quam longe eos vellet esse a peccatis quorum hostias
que signa et figura ipsorum peccatorum erat. Etiam tangere eos pro-
hibebat. Si enim tantum erat honoranda figura peccatorum quanto
fortius ipsa veritas peccatorum eorum. In hoc ergo prohibiti sunt ad eos
appropinquare. Vitari et eadem causa est in prohibitione tactus
vitule ruffe et cinerum eius. Pro uo que fundebatur super hircum
huius fuisse videtur. sicut tu eiecteris et longe fis a populo ipso
ita fiat de peccatis eorum. Vel sicut tu liber permissus es et immunis et
absolutione celandis vel emitteris ita permissus liber et immunis
fiat populus ipse a peccatis. Eodem modo super vitulam sicut tu
crematus et consumeris ita consumuntur peccata populi ipsius. Et
hoc erat dicere imputat sacerdos capiti capri emissarii
peccata populi ipsius et exportat longe seorsum ab illo ita fieri
et deus in veritate peccata sua longe a populo suo. Et veneratio fi-
ebat ita quod quidem ex veritate quam habet alteruter hircorum secundum omnia
potentie dei. Non obliviscaris autem quod deserta omnia no-
lebat deus immunda et abhominabilia eis reddere. Propterea est ca-
misarium tantum quia deserta propter hoc maxime frequentabat ut
audiret ibi responsa demonum eisque ibidem immolaret. Sic
adhuc multi faciunt. Unde quidem magnus libro suo de ima-
ginibus se transtulisse tempore prohibitionis ad loca deserta cum ha-
bitatione habitassetque ibi cum habitantibus luce sex supra
annorum ab eis se didicisse que in eodem libro scripsit. Etiam